

*ex Del Seminario Irlandes de Salamanca*

# MARINI FRECCIAE

NEAP. PATRICII CLARISSIMI.

IURECONSULTI ACUTISS. REGII CONSILIARII

CELEBERRIMI CAROLI .V. IMP. OPT. MAX. IN REGNO

*Neapolitano, De Subfeudis Baronum, & Investituris Feudorum,*

LIBER PRIMVS, ET SECVNDVS.

QVIBVS ACCESSERVNT NONNVLLI TRACTATVS AVREI, AC SINGVLA

*res ad statũ Regni, ad Reges, Principes, Duces, Marchiones, Comites, Barones, & Prælatosq̃*

*pertinentes, quos proxima pagella indicabit. Cum Summarijs, ac Indice locupletissima editis*

*per Magnificum Marcellum Bonum Neapolitanum Iureconsultorum minimum.*



CAVTVM EST PRIVILEGIO CAESARIS PER DECENNIVM SVB POENÆ

DVCATORVM MILLE, ET AMISSIONIS LIBRORVM.

NEAPOLI ANNO DOMINI. MCCCCLIII.

# ILLVSTRISS. AC REVERENDISS.

DOMINO D. PETRO PACEQVO SACRO SAN:

CTAE ROM. ECCLESIAE CARDINALI AMPLISS.

Diui Caroli. V. Opt. Maximiq; Imp. In hoc eius Neapolitano

Regno Locumtenenti, & Vicario Generali.

Maynus Freccia. S. P. D.



Aepe mecum insinueram. D. P. aliquos labores quos tum legendo, & consulendo, tum iudicando in abstrusa Feudorum Sylua substinueram: & quæ de Regni huius Siciliae Regionibus, Regibus, Principibus, Baronibus, ac supremis Officijs ex uetustioribus Libellis nondum impressis exciperam, in opus quod ad possem breuissimum cogere: Mutato deinde consilio abstinere decreueram: ne quod in scriptis mandarem, in manus Imperitorum, aut Doctissimorum Virorum legendum traderetur: & illi uelut insipientes opus contemnerent: peritissimi autem ex eorum sublimi doctrina, ac ingenij acuminibus nullius frugis esse asseuerarent. Existimaui postmodum utilius esse, etiam aliorum canina sufferre iudicia, quàm aut pluribus, aut paucioribus, aut quibus possem (& si pusillè foret) adiumentum subtrahere. Huic meæ sententiæ tempora blandita fuerunt, ut sub tuo felicissimo aduentu meæ (qualescunq; sint) lucubrationes perficerentur. Itaq; tibi illas dedico, ac totius animi obsequium, & uoluntatem, absq; ullo uerborum lenocinio confecro. Accipies igitur opusculum tua memoria absolutum: quod tuæ amplissimæ dignitati eò audentius nuncupauit, quò facilius mihi contra inuidos, tua per orbem clarissimi nominis autoritas suffragetur. Bene uale. Neapol. Die. x. Nouembris. MCCCCLIIII.

# MARINI FRECCIAE NEAP.

CAROLI .V. OPTIMI, MAXIMIQ. IMP. CONSI  
LIARII, IVRECONSULTI ACVTISS. PA  
TRICII MILITISQ. CLARISS. CIVI  
TATIS LITTERAE, ET TERRAE  
CASTRI ABBATIS DOMINI  
DE SVBFEVDIS BARO  
NUM, ET INVESTI  
TVRIS FEVDO  
RVM,

## LIBER PRIMVS.



**S**CRIPTVRVS Ego aliqua de Feudis, quæ à Barone tenentur, (& ut moris est in Regno dicere, immediate, & in capite) de ipsorum origine scrutari, pulchrum esse, ac utile fore dijudicavi: Solent hoc scribentes exhibere legentibus, ut ad propositæ materiae lectionem eos libentius perducant, ac principia ueluti cuiusq; rei potentissimam partem percipiant. Titus Lilius Patavinus Populi Romani gesta scripturus, Urbis Romæ præscripsit exordium, quod prosequutus est mirè. Marcus Tullius Cicero pro Aulo Cluentio uerba facturus; ad cognitionem extremorum, causa rei demonstranda, initia dixit esse petenda: Pomponius Iureconsultus, necessarium hoc scribere arbitratus est in l. ij. de origine iur. Caius in prima. Lilius titu. rem exponere, ac illotis pedibus pertractare negotium, quasi nephas esse existimauit: Bakibi censuit intelligentiam principiorum, uiam esse, per quam introeundum sit ad ueri, atq; perfecti cognitionem. Non me terret, amplissimos uiros: doctissimos Patres: Summos Legum uertices, usu, & doctrina celeberrimos, tam exteros, q; Regnicolas, illorum Cunabula, Processus, ac materiam abundè, litè, diffusèq; pertractasse, ac omni sariam eruditione, summo ingenio, summoq; studio, ac diligentia eorum scripta decorasse. Ut omnem mihi dicendi modum præripuisse, ac uniuersam frugem ex area desumpisse uideantur, & petulantia, ac leuiatis accusari merito possim. Nam & si mihi infimo cum peritis & doctioribus nulla sit collatio: uestigia tamen spectem eorum. Aristotelem à scribendo Platonis sapientia non deterruit: neq; ipse admirabili quadam scientia, ac copia, cæterorum studia perstrinxit: Quo minus Ouidius æthnam describeret, nihil obstitit q; Virgilius iam impleuerat: Ansam mihi præstitit, q; ea sit operis amplitudo: ut quò plura diffinias, eò maiora semper occurrant: habet enim florum uaria genera, fructuum innumeratam congeriem, ueluti ex Pingui agro, solo harentibus seminibus, omni collecta fruge post metentium terga, spicas legere, ac ex grandi uindemia racemos carpere, semper supersit, sicuti ex magno flumine prætermisæ aquecola pullulent, & noui Risuuli renascantur. Sic ego illorum eruditione edoctus, quæ ex uarijs uoluenimibus, & scholijs

**DIFFERENTIAE INTER FEV-  
DA EX PACTO ET PROVIDENTIA  
ET FEVDA HAEREDITARIA.**

**LIBRI TERTII.**



**D**VRIMAS In unum collegimus inuestiturarum formulas  
ex quibus dignoscuntur feuda ex pacto, ab his quae haereditaria nun-  
cupantur. Et inter se ipsas ueluti nomine differunt, sic & effectu ma-  
gnopere distant. Volui (& non sine grandi labore) fruges huius  
seminis in unum congerere: ut quisq; auidius, ac facilius ex hoc tri-  
tico edat, ac sine pistoris impensa.

**SUMMARIUM.**

- a Feuda haereditaria spectant ad filios, uel agnatos per mortem patris, uel agnati in quorum locum in-  
grediuntur: quia una persona censetur cum defuncto.
- a Feuda ex pacto & providentia deferuntur uocatis non ut haeredibus defuncti,  
sed ex providentia concedentis.

**PRIMO:** Quando feudum est haereditarium, filius, uel agnatus patris locum, uel agnatum  
subingreditur. Bal. c. si. 26. i. uol. & ipsius cum defuncto una eademque persona reputatur. And.  
in. c. i. de suc. feu. i. col. & in. c. i. an agnatus. & in. c. i. in si. q. suc. ten. & hoc uoluit cum saepe di-  
cit haeres haeredis testatoris est haeres. per. l. si. C. de impuberu. & illud quod potest defunctus  
possit etiam haeres ex persona illius. & quod defunctus non potest minime haeres eius in feudo  
possit. Ideo culpa defuncti nocet haeredi, ut si inuestitura non petit, ut ipse dicit in. c. i. si uass.  
feu. priue. & in. c. si uassall. culpa, si de feu. sue. cotr. & in. c. i. de cap. conradi, aut si alienat  
sine assensu, & tradit, de iure feudoru, perdit de dominum cotedit, & haeres eius, ex no. per  
eum in. c. ticius, si de feu. sue. cotr. & in hoc nulla est differentia inter defunctum et haereditarius eius,  
sive sit filius sive sit agnatus, dum tamen haeres sit ex forma inuestiturae, uel ex forma praes-  
umpta. discutit. d. G. de Perno in quibus pluribus consilijs, & in nota feudo. quando cum alio uellet  
admitti in locum, ut i. c. i. §. his uero de gradibus. & in. c. i. de suc. feu. t. Quando autem feudum est  
ex pacto & providentia, tunc filius uel agnatus non subingreditur locum defuncti: regulariter  
tenet locum suum in feudo & non habet ex persona mortui: quia ius illius per mortem intercedit. ar. l.  
uxor patru. C. de lega. & in. l. quod in reru. §. si usufructu. de leg. i. & in. l. sacro. de usu. leg.  
& feudum intelligitur datum primo, & post mortem ipsius secundo, & alijs successoribus  
ex ordine gradus. & statim primo moriente fingitur feudum ad dominum reperiuisse, &  
ab eodem de nouo esse concessum. not. Andr. in dicto capitula primo, uersiculo & olim. ters-  
na col. ibi dum dicit in quo post diem mortis erit donatio & concessio de per se, & dabitur  
utilis rei uendicatio. & ibidem dicit quod feudum censetur datum ad uitam quod fieri pos-  
test. idem notat in. c. i. iij. col. Imperator Lotharius. & in. c. i. si uassall. feu. priueter. & in. c. i.  
secunda col. de eo qui sibi & haeredibus suis. & in. c. i. §. praeterea. iij. col. de probi. feu. alie. per

dem, laboris, eruditionis, & iudicij reseruaui. Age hosce duos in praesentia gratias habe: Authoris conatus ama: & quos posteritatis amore labores assumpsit, lubens fruare. Et pro tantis donis, fructibus, ac muneribus tibi oblati. (quando sibi gratias habere non possis) Deum Opt. Max. ores, ut Viri tam doctissimi, tam recti, tam singularis, tam placidi patricij, tam iucundi, tam deniq; diuini potius quam humani genij formati: & à tantis fortunæ aculeis immeritò percussi miserentur. ut pro tam hilari animo, forti, constanti, incorrupto, & nunquam præuaricato dignus efficiatur promissionibus Christi. Reliquum est, ut siquid in tam locuplete opere offenderis non satis accurate animaduersum, Calcographo uitio detar, non scriptori. Tuq; ipse placatè castiga, & citra morositatem, & linguae uirulentiam.

(quandoquidem homines sumus,

& bonus quandoq; dormis

sat Homevus) melio

ra reponas.

Vale.


EXCVDEBANTUR PER MATTHIAM CANCER

In Aedibus eiusdem Excellentissimi

Domini Marini Frecciae.

NEAPOLI ANNO DOMINI.

MCCCCCLIII.





BIBLIOTECA UNIVERSITARIA  
SALAMANCA